



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Incipit Prologvs In Epilogvm Regis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

INCIPIT PROLOGVS IN *EPILOGVM
REGIS.

* fort. legend.
tetralogum.



Domine Regi fide & verbis catholico, actibus gloriosissimo HEINRICO tertio VVIPO famulorum minimus suorū, quod ros Hermon excelsi monti Sion.

Psalms. 132.

Sanctæ pietatis tuæ accessibilis Celsitudo imbecillitatem meam facit, domine Rex, ad gratiæ tuæ desiderabile culmen festinare: & sicut stellio, qui nititur morari in ædibus Regis; sic ego, licet omnibus modis obscurus, claritatis tuæ gaudia tamen in scriptis meis desidero frequentare. Et quoniam, testante Salomone, gloria est Regis inuestigare sermonem, feci tibi, domine mi Rex, hunc breuem TETRALOGVM, quo & curas insomnes reipublicæ interdum leuigare, & animum ad ea, quæ tibi persuasa sunt, possis excitare. Est autem tetralogus quatuor personarū sermo. Ibi Poëta primum hortatur Musas vt te laudent. Chorus Musarum benedicit & laudat te Dominum Regem. Deinde Lex te alloquitur cum hic consilij, quæ satis cōueniunt tuæ dignitati. Postremo Gratia miti affatu temperabit, ad quod te Lex ex iure incitauit. Ad hæc perlegenda sit tecum legis & gratiæ mediator Iesus Christus Saluator, cuius regnum & imperium non deficiet in æternum. Vale dominem

Proverb. 25.

Proverb. 30.

Rex piissime.

EXPLICIT PROLOGVS.

POE.